

1177.

19

II Sem.

MDCCLXXVII

1827

Lucinck!

Sacra gentilitia ^{sive} seu hereditaria num
iam Homero fuerint nota.

Diligentius Homerum legenti, et accur-
ratius locos, huc pertinentes, inspicienti
facile sub oculos cadet, nunquam, licet nu-
per etiam Muellerus (Proleg. ad Mythol. lib. p.
352. A 353) rem maxime defendere, in Homeri
carminibus, siquidem gentem eandem, quam
solemus, homines artioribus laxioribusve
cognationis vinculis coniunctos, intelligimus,
de sacris gentilitiis sermone esse. Quam
quidem sententiam ut probemus, nobis tan-
tum opus erit, locos quosdam, qui praecipue
contrarium docere videntur, allatos ita
interpretari, ut, quod demonstrare cona-
mur, id clare appareat. Cum vero Muell-
erus iam nonnulla, quibus suam sententiam
probare studet, in medium pro-
tulerit, non alia nobis quaerenda erant,
sed

sed haec ipsa refellenda, nisi quod unum praeter
terea aptius etiam ducimus.

Nullum enim exemplum sententiae, iam
Homero sacra gentilitia seu hereditaria no-
ta fuisse, magis favere videtur, quam Uli-
xis (domus, quam Minerva ^{perpetuo} continet tueretur.
Laertes, Ulixis pater, ^{post filii reditum} filio reverso, ab ancil-
la lotus et oleo unctus, a Minerva ornatur,
et, licet summa senectute confectus, ita
corroboratur, ut, armis indutis, contra Phae-
cenes, seditionem moventes, pugnet, pa-
trisque Antinoi interficiat. (Odyss. lib. 3 v. 499,
519, 521-599.)

Ulixes ipse tam in hac pugna, quam alias
omni modo a Minerva protegitur. Odyss. lib. 4
v. 80-599, postquam Jupiter Ulixis reditum
concessit, Minerva patrem rogat, ut Mer-
curius in Ogygiam insulam ad Calypso,
deorum voluntatem nuntiaturus, mittatur.

Initio Odyss. lib. 6, iterum deorum concilio

lio

lio facto, Minerva (senus de longa Ulixis ab-
sentia) queritur. Porro (ibid. v. 382-599.) Dea, cum
ratem viri Neptunus fluctuum impetu
(discedisset, ^{miserata} misericordia commota), reliquis ventis obstri-
ctis, solum Bonam, donec ad Phaeacum in-
sulam, Iheriam, perveniret, concitavit,
atque in ipso fine libri eiusdem additur:

τὸ δ' ἄρ' Ἀθήνη

Ἐταρον εἰς ὄψησιν αἰῶν', εἶτα περ σαύουε ἰαχέσθαι
Ἀντιφῶντος κρηάτοιο, φίλα βίβραγ' ἀντιφῶντος παρ.
Arma, (Coloni) (de tracta) Laertis filius huius
(Dea) consecrat (Il. lib. 2 v. 460), atque in castra re-
^{dux}versus una cum Diomede, sacrificio promiss-
o, vinum ei libat (ibid. v. 571 et 573). Ceterum
Ulixem saepius Minervae sacrificasse,
laere apparet ex Odyss. lib. 7 v. 762-599, ubi Penelo-
pe (Deam ad arcendam malum) invocat.
Praeterea ipse Il. lib. 3 v. 173-599, Odyss. lib. 14 v. 324-599,
lib. 17 v. 14-599, lib. 19 v. 9, lib. 20 v. 300-599, lib. 21 v. 164-599 et 454-599,
lib. 22 v. 33 et 34, lib. 23 v. 30-599, lib. 24 v. 205-599.

Dea

Nec vero minus Telemachum quoque
et Penelopem a Minerva protegi, haud dif-
ficile est probatu. *Odyss.* α. v. 271. sgg. Dea Te-
lemacho suadet, ut, convocata concione, pro-
cos ea aedibus discedere iubeat, ac, nave
constructa, de patre sciscitatum ad No-
storum et Menelaum proficiscatur. Imo
Dea, cum ipse sibi navem parare nequeat,
hanc curat, sociosque ex populo electis, si-
mul ipsa cum comitatur. *Odyss.* β. v. 291
sgg. et 416. sgg. cf. etiam *O.* v. 1599.

Penelopem, vota facientem, Minerva ex-
audit, exauditamque somnis consolatur.
Odyss. δ. v. 762. sgg. et 795. sgg. cf. *o.* v. 187. sgg.

Verum tamen, licet hi loci allati satis
probaverint, Ulixem eiusque cognatos
semper sub Minervae tutela fuisse, atque
hanc Deam ab iis cultam esse, minime
probatum est, non a reliquis etiam Itha-

29
censibus eam esse cultam. Nam nullibi
eius rei fieri mentionem, nihil contra
hanc sententiam officere potest, quia neque
alii quidem dei cultus memoratur. Sed
etiamsi alios deos coluerint, tamen Minervam
quoque potuerunt. Nam Laertes quoque prae-
ter Minervam Iovem et Apollinem invocat
(*Odyss.* α. v. 376), Ulixes Iovem, exauditurque
ab eo (v. v. 97. sgg.), Penelope Dianam (ibid. v. 60).
Neque nobis opponi potest, Minervam non
adiuturam fuisse Ulixem contra alios Itha-
censes, si ab his quoque coleretur. Quoties
enim (dii) spreto hominum sacrificiis, eos
prorsus negligunt, praesertim cum invid-
ia moliuntur. Sequitur ergo ea iis, quae
diximus, profecto nihil aliud, nisi hoc, non
necessario Minervam neque a solis Laertia-
dis Ithacae cultam esse, nec solorum Laertia-

repugnat
contradicit. Nam si totius urbis (deafuit) non
unius tantum gentis esse potuit, nisi, Sa-
sonem cum cognatis suis totam urbem
habitasse, aussumus, quod sane absurdum
est. Porro Iano dicit (Il. B. 50-53), maxime
sibi dilectas esse tres urbes, Argos, Spartam,
Mycenam. Quare? Num forte a singulis
gentibus ibi colebatur? Hoc si fieret (ci-
cendum) potest, ^{opinor,} existima, deam aliis verbis,
rem clarius indicaturis, utentem inducis-
set. Ceterum non Iolcus, non Argos, non
Sparta, non Mycenae ^{tantummodo} ab eadem di-
cebantur, sed totius Graeciae incolae, sicut
a Minerva. Verumtamen, ne multa facia-
mus verba (de re iam nota), paucos tantum
addamus locos, qui collati, etiam si quis ce-
ris, quae dicimus, dubitaverit, satis senten-
tiam nostram probabunt. Il. B. v. 155-165,
E. v. 755-758, I. v. 350-353, J. v. 192.

Deinde

24
Deinde Mullerus pertinet, non ab aliam
causam (Neneidas Parthoidaeque) praecipue
protegi ab Apolline, ^{quam} quod ab his colatur. Cuius
et si concesserimus, tamen nihil inde sequi-
tur, quo, quae (dicit) probare possit, quae de-
monstrari potest, Apollinem non ab Neneidis
tantum et Parthoidis coli, sed ab omnibus Tro-
ianis, omnesque, quatenus fieri possit, ab
eo ediuvari. Il. I. v. 509. Apollo universos Troia-
nos, sicut Minerva Achaeos, ad fortiter pugnan-
dam excitat. Apollo fossae labrae in medium
deiecit, diruitque murum, navibus circumdatam,
ut Troiani tanquam ponte eo facilius
in Graecorum castra invadere possint (O. v. 355-399;
v. 327. Ἰπποῖσι δὲ καὶ ἔκτοπι κῆδος ἔσταξεν). Ob
eandem causam, quae Troia ipsi dilecta erat,
Apollo Patroclum irruentem ab urbis moenibus
repulit (Il. v. 706-399), et, dum ceteri dii in Olym-
pum revertuntur, Ilium se contulit (p. v. 515);
Μην Πάροιο γὰρ οἱ εἰκῆος ἐπέφυτοιο σόονος;
unde

unde rursus (v. 539.)

Αειός εστι Διός, Τρώων ένα σωγόν ελάσσει.

Aeneas igitur et Priami filius, Polydamas, et
Hector et alii, sive ab Apolline proteguntur;
non vero propterea, quod eorum tantam gen-
tes hunc Deum colunt, sed quia ipsi ad po-
pulum Troianum pertinent. Ut vero sen-
tentiam suam eo magis firmet, Muellerus
Aeneidas et Priamidas omnimodo ab Apolline
ne servari dicat, prorsus reticens, etiam
alios ab eodem Deo, et saepius quidem, tegi. Ac
Aeneas autem servatis in Homero verba
omnino non est, et Priamidas et Polyda-
mas tantum semel a Deo servatur, reliqui
a Menelao interficiuntur (Il. 3. v. 516. sqq., 7. v. 599.),
ut Langius (Ephem. lit. Gr. ann. 1825. No. 166. p. 367)
recte ostendit. Sed si quis semel tantum a
Deo quodam servatur, statim inde colligere,
eum ab ea gentibusque eius coli, haud facile
liceat. Alioquin etiam Neptunus ab Aeneae gen-
te cultus fuerit, quia Aeneas ab eo servatur (v. v.

319. sqq.)

319. sqq.), et Mercurius a Laertiadis, quia Ulixi
est υἱός, quo se ipsum sociosque servat, praer-
bet (Odyss. 11. v. 302. sqq.). Omnium vera Troia-
norum maxime Hector ab Apolline ^{curatur} ani-
matus et protegitur (Il. 6. v. 253. sqq., 7. v. 582. sqq.,
v. v. 375. sqq., 443. sqq.). Hector porro, non Euphor-
bus, ut Langius monstravit, ad Patroclum
occidendum ab Apolline eligitur, interficitur
que Patroclum. Quin etiam mortuus He-
ctor, nube obductus, ne solis radiis exsiccetur,
ac putrescere incipiat (7. v. 183. sqq.), ut cognat-
is comburendus reddatur (10. v. 33. sqq.). Hecto-
rem autem propterea ab Apolline praecipue
curari putat, quod filius est regis, qui etiam
consanguineis suis, et cum universo populo
illum Deum colit, omniumque Troianorum
fortissimus, quem, siquidem Deus populum,
sibi dilectum, servari cupit, semper, quoad
eius fieri potest, ^{et adiuvat} tueri, cuique auxiliari
debet. Nam Graecorum quoque fortissimam
quemque semper maxime a Diis adiutum
videt

F Apollo in Deorum
concilio rogat.

videmus. Fortasse ob eandem causam, ne fortem
patria pugnatorem prudentisque consilii
auctorem pendat, Polydamantem quoque Apol-
lo servat. Etiam Cebesius (de Oph. act. Div. I. p. 10
sq.), qui et ipse, num sacerdotia quaedam here-
ditaria fuerint, quia res nullo exemplo idoneo
comprobata sit, dubitat, minime cense esse
mirandum, si maacimus Troiae propugna-
tor unum principum Troianorum (intelligit
autem Polydamantem) ea faucibus fati eripiat
ac servet. Neutiquam igitur, si ea, quae dicitur
mus, respiciuntur, sumendum est, Polydaman-
tem propterea ab Apolline servatum esse,
quod eius praecipue gens hunc deum coleret,
aut quod pater eius Apollinis sacerdos esset,
quod nec posterius quidem, licet hoc quoque
Muellerus defendat, ^{ne} ^{quidem} ^{sumere} ^{licere}, statim
videbimus.

Muellerus (l. c. et ^{Part.} Dor. sect. I. p. 220) dicit, Pan-
thoum Apollinis sacerdotem esse, remque pro-
batibus Virgilii locum (Aen. II, 430) offert, simul
addens,

addens, haec de causa etiam Polydamantem futura
ac praeterita scire, et cum Danae hostilis eum
interficere velit, dei auxilio servari, nec
minus Euphorbum, alium Panthoi filium,
ab Apolline eligi ad interficiendum aut trans-
figendum Patroclum. Sed Polydamantem
alia de causa servari, et Hectorem, ac non
Euphorbum, qui eum tantum vulnerat
(v. 812sq.), ad occidendum Patroclum eligi,
iam supra ^{ostendimus} monstravimus. Futura vero ac
praeterita cognoscendi facultatem Polyda-
mas non ab Apolline, sed a Iove accepit, ut
Langius Iliadis loco (v. 1265sq.) probavit. Pan-
thoum ipsum Virgilius quidem dicit Apol-
linis sacerdotem. Verum non id agitur, quid
Virgilius dixerit, aut quid Virgilii tempore
de Panthoo narratum sit, sed de Homeri
temporibus sermo est. Homerus igitur
nobis est consulendus. Huic autem, qui
tamen alias et nomina et munera es-
sum, quos loquentes aut agentes inducit, ac-
curate indicare solet, Panthoi sacerdotium
pro-

prorsus ignotum esse videtur. Nam ea omnibus
locis, quibus memoratur Panthous, nihil amplius
conici potest, quam eum fuisse principem ve-
nem, cuius uxor Phrontis appellaretur, patrem
que trium filiorum, Polydamantis, Euphorbi,
Hyperenoris. Quae propter Virgilii iudicium,
cum res aut ab ipso, aut ab alio post Homeri
tempora facta esse videatur, ad quam ficti-
nem illud ipsum, quod Polydamas ab Apolline
seruatur, et quod augurii notitiam quandam
prodit (Il. II. v. 210-219), ansam poetae praebue-
rit (cf. Lobeck. l. c. p. 113), in hac re nihil au-
ctis probari potest. Quod nisi conceditur,
maxime dubitare licet, num uterque, Ho-
meri Panthous et Virgilii, idem fuerit.
Servius enim (ad Aen. II, 219) - quem tamen,
si Virgilium audimus, ^{et usum} etiam audire debe-
mus, quia ^{is mox} et ipse ea fontibus antiquiori-
bus ea, quae tradit, haurire potuit. Servius
igitur narrat, Panthum, Othryadis filium

et

et templi Delphici sacerdotem, iuvenem fuisse
eximia pulchritudine, quem filius Antenor
Troianum penduaxerit, Apollinisque sacerdotem
fecerit Priamus. Cum autem Homero
Panthous non minus sit senex (Il. II. v. 146),
quam Antenor, cuius filii adhuc robusti et
fortes sunt (Il. II. v. 322-34, II. II. v. 37, p. v. 579-80), facile
intelligitur, nem sibi ipsam ^{upgrau} contradire, et
de duobus Panthois sermonem esse.

Tertium exemplum, quod Muellerius pro-
sistit ad defendenda sacra gentilitia, est gens
Melidarum. Sed haec quoque ineptum esse,
^{facile} sponte apparebit, cum Neptunum non a
Melidis tantum, sed ab omnibus Cyclis coli
ostenderimus. Hoc vera ea eodem loco (Odys.
II. v. 5-10), quem suam sententiam probaturus,
Muellerius citavit, clare apparet. Praeterea
cf. ibid. v. 31-33, 55-59, Il. II. v. 728.

Supra ^{dominus} monstravimus, a Minerva non Laer-
tiadas tantum, nec solos Ithacenses, sed sicut
a Iunone, universos Graecos profectos esse, atque
ab Apolline non solum Aeneam et Polyda-
mantem,

mantem, sed omnes Troiae ^{incolas} habitatores. Idem
puto, de Neptuno quoque probare poterimus. Il.
v. v. 465qq. Neptunus ^{cibus} ^{animam} ^{addit} ^{animam} septemque
lactos robore implet; v. 395qq. Teucrum, Laocoonem,
Peleum, Thoantem, Deiphobum, Merionem,
Antilochem ad strenue dimicandum concitat;
v. 235qq., ob Amphimachi caedem inatus, Dome-
neum ad resistendum Troianis impellit. Porro
Agamemnonem saecium consolatur (v. 1395qq.),
et universos Graecos, Iose dormiente, hortans,
ipse etiam quaerens eorum fit (v. 3645qq. cf. praeterea
v. v. 105qq. et v. v. 315qq.). Quis igitur, cum quosdam
Graecorum periculo liberet, nannullos corrobo-
ret, plures nominatim alloquatur ^{ergo} et animet,
vulneratos consolatur, omnes autem ad pugnan-
dum concitet et ad versus hostes ducat, ad huc
subitane potest, Neptunum non singularium
gentium, sed omnium Graecorum deum
fuisse?

Cum ^{ergo} ^{de} vero monstraverimus, qualia exempla
maxime nos ad opinionem, iam Homeri
temporibus sacra gentilitia fuisse, perduce-
re

28
re possint, ea nihilominus ad rem probandam
inepta esse: Minervam non tantum, quos maxi-
me defendit, Laertiadarum, Atreidarum, Peli-
darum, Tydadarum, ergo singularium gentium,
sed omnium Graecorum patronam fuisse;
Lunonem non a solis Aeonidis cultum esse,
sed ab universis Iolii incolis, vel potius ab
omnibus Graecis; Apollinem non Arcadarum
et Parthoidarum tantummodo fuisse tuto-
rem, sed omnium Troianorum; a Neptuno
tam Melidas, quam reliquos Tylios, imo
universos Graecos protectos esse: iam pro-
certo haberi poterit, sacra gentilitia ^{sive} seu
hereditaria Homero prorsus ignota fuisse.

